



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Christus co[m]paratur gallinae propter quinque.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

uos multi imbecilles, & dormiunt  
multi, &c.

*Christus fuit resurrectio  
multorum.*

**Psa. 109** Angelorum, per sedium reple  
tionem. dicebat David. Implebit  
ruinas multorum, &c. Animarum,  
per imaginis reformationem. Dicebat  
Paulus. Nos autem in eandem imaginem  
transformamur. Corporum nostrorum,  
per incorruptionem. ait Pau. Canet enim  
tuba, & mortui resurgent, incorrupti,  
& nos immutabimur. Sanctorum pa-  
trum, qui erant in limbo. Dicebat  
Zacha. Tu autem eduxisti in sanguine  
tuo, &c.

*Christus comparatur gallina  
propter quinque.*

**Isa. 5** **Mat. 11** **P**rimo, quia pullos uagantes uoc  
ce ad cibum congregat, sic Christus,  
uelut ait Isaias. Omnes sitientes uenite  
ad aquas &c. Et ipse dicebat. Venite ad  
me omnes, qui laboratis, & onerati estis,  
&c. Secundo, quia pullos cuiuslibet  
ouis sibi



suppositos, quasi proprios diligit, & nutrit. Sic Christus iudeos, & gentiles materna pietate diligit, & nutrit. Tertio, quia gallina sic afficitur ad pullos suos, ut ipsis infirmantibus infirmeretur & ipsa. Sic Christus, uelut ait Isaias. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quarto, quia gallina pullos suos alis protegit. Sic Christus alis suis, id est brachiis expansis in cruce suos protegit, & suscipit. Deut. Expandit alas suas &c. Quinto, quia gallina pro pullis suis exponit morti corpus suum contra miluum. Sic Christus pro suis mortuus fuit in ligno crucis.

Isa. 53.

De u. 22

*Confessionis incitamenta sunt tria.*

**P**rimum est scriptura. Iacobi ultimo dicitur. Confitemini alterutrum peccata uestra, &c. Et in Prou. Reuela domino opera tua, &c. dicebat etiam Isaias. Narra siquid habes ut iustificeris, &c. Similiter Ecclesiasticus ait. Pro anima tua non confundaris dicere uerum, &c. Secundum quia necessaria est, sicut ait Dominus Bernardus. Confessio penitentium necessaria est. Et S. Basilius. Vbi taci

Iacobi ultimo.

Pro. 16.

Isa. 43.

Ecclesi. 4.

Bern. Basilius.